43

El título de este libro, sirvió para denominar como "Incunable" á los impresos más primitivos

Primer repertorio
de incunables

Debido a esta obra
se usa la palabra
incunable
(v. Encyclopédie chronologique
des [illegible] imprimeurs [illegible]
[illegible] p. 60)

b [illegible]

INCUNABULA TYPOGRAPHIÆ

Sive

CATALOGUS LIBRORUM

Scriptorumque proximis ab inventione *Typographiæ* annis, uſque ad Annum Chriſti M.D. incluſive, in quavis linguâ editorum:

OPUSCULUM

Sæpius expetitum, Notiſque Hiſtoricis, Chronologicis & Criticis intermixtum

ACCURANTE

CORNELIO à BEUGHEM *Embric.*



AMSTELODAMI,

Apud JOANNEM WOLTERS 1688.

VIRO CLARISSIMO
THEOD. JANSSONIO
AB ALMELOVEEN.

Illustri Medico Summo Philologo

S. D.

CORNELIUS à BEUGHEM.



Mne promissum in debitum cadere, vulgo dicitur, quamobrem qui Tibi non uno nomine debeo, æquum est, ut si non diluam totum, saltem ex parte satisfecisse videar. Cumque hæcce mea prima Artis Typographicæ Incunabula, quæ te præsertim Authore & Suasore quondam cœpi prælum subeunt, convenit ut qui hisce Cimeliis delectantur, sciant quid Tibi quid Mihi debeant. Accipe ergo hæcce mea conamina, quæ ad illustrationem rei librariæ contuli, idque eo animi affectu, quo me præsentem accipere vulgo soles, sintque tibi redhostimenti loco, usque dum Recens

in Re Medica Phyſica & Chymica Exploratorum meum Syllabum, quem illuſtri nomini tuo inſcribere dudum geſtio abſolvero, meque porro tuo favore dignum judica. Vale. Scribebam Embricæ Clivorum Kal. Nov. CIↃ IↃCLXXXVII.



De

De Occasione collectionis hujusce Opusculi Lectori Philobiblo.

CORNELIUS à BEUGHEM

S. P. D.

QUoniam Bibliotheca mea Belgica, quam de Scriptoribus Belgis, eorumque scriptis editis, non tam mea, quam aliorum, quorum præcipuè intererat, hosce nostros conatus, favore suo prosequi, adhuc moras aliquantisper trahere cogitur, antequam ad optatum finem perducatur, aliis meis Bibliographicis operibus intentus, incidi fortè, in R. P. Philippi Labbei Biturici Soc. I. Presb. Novam Bibliothecam M. S S. Librorum, sive Specimen Antiquarum Lectionum Latinarum & Græcarum, in quatuor partes tributarum, cum Coronide duplici, Poetica & Libraria ac supplementis decem Parisiis apud Johannem Henault an. 1653. in quarto ut vocant impressam. Cujus Supplementum nonum continet Breviarium veterum Editionum ante Annum Christi M. D, idque ex Xysto Bibliothecæ Regiæ, de cujus

necessitate cum laude mihi nominatus & nominandus Author sic præfatur.

Quam necessariæ sint ad recudendos veterum Scriptorum, præsertim Latinorum libros, primæ editiones illæ, quæ centum & quinquaginta annos, in ipsis pæne Typographiæ incunabulis, prodierunt: quamque eæ non nunquam emendatæ existant, ut vicem M. S S. Codicum supplere possint, Doctos Viros docere non aggrediar. Sciunt enim verò quantum sibi in iis præsidii atque adjumenti collocatum sit, modo Nomenclatorem aliquem Ducemque fidum nanciscantur, qui eas veluti digito indicet, quibusque in locis delitescant, liquido aperiat. Fungar ego tua causa lubens hoc quoque munere, Candide Lector, paucisque subministrabo, quas in luculentissimo Regiæ Gazæ promptuario veteres Editiones, ab an. M CCCCLIX. ad M. D. annum in lucem emissas, hactenus deprehendi. Aderit fortasse non nemo, qui in per quirendis illis omnibus, quorum ingens plane numerus in Bibliothecis Parisiensibus (*quid si universæ Europæ*) omni librorum genere refertissimis continetur, ac per singulos annos, digrandis ad laboret diligentius. *Huc usque Labbeus.*

Hen-

Hedera Sic in medio ſuſpenſa, cum nuper variorum puta Petri Scriverii Marci Z. Borhornii, Bernhardi Malincrotii, Jacobi Mentelii aliorumque CLV. Tractatus de Inventione Typographiæ, deque primis impreſſis libris Catalogos avidè percurrerem, gloriamque de iſta inventione, alii eam Harlemenſibus, alii Moguntinis, alii Argentoratenſibus, & neſcio quibuſdum ex Cathaiâ ſinis deferri viderem, eo fere modo, quo quondam ſeptem Græciæ civitates, de patriâ Homeri contendiſſe feruntur, ſichæ Civitates, una præ altera, ob iſtam inventionem glorii non ceſſant, nec fortè dum adhuc ſub judicelis eſt, in æternum ceſſabunt. Nolo hanc ego controverſiam nunc meam facere, attamen ſtudio Antiquitatis Rei librariæ ductus, tam à ſuper nominatis ſubſidiis, quam à locupleti appartu Bibliographiæ meæ univerſalis impreſſorum librorum, quem abhinc aliquot annis congeſſi, inſtructus, ea præſertim cœpi ſeligere, quæ ab Annis 1459. vel 1460. qui vulgo hujus nobiliſſimæ inventionis, non inventæ ſed perfectæ termini perhibentur, idque inſtigante præſertim noſtro Labbeo, cui ſuum Symbolum contulit, lumen iſtud corruſcum Academiæ Ultrajectinæ Dn.

Johannes Georgius Grævius quem Virum nominasse, instar omnium est. Sic hæcce Artis Typographicæ prima Incunabula sunt nobis nata, quæ modo Reipublicæ literariæ sistimus, idque hac methodo. Suppeditatos Authores eorumque scripta, ordine Alphabetico, juxta cognominum rationem, si reperire mihi licuit, quo ad fieri potuit abrevissime dispofui addictis sparsim Notis Historicis, Chronologicis & Criticis, ad cognitionem Scriptorum operumque spectantibus, Anonymos vero vel minus mihi cognitos, & incertos duplici Appendice exhibeo, quorum prior Anonymos, aut mihi incognitos; posterior editiones veteres, de quibus non constat, quo præcisè anno sunt impressæ, recensentur, sicque eas dispofui, ut quilibet eruditus, sibi hinc selectum ad lubitum, facile adornare possit. Priusquam vero hanc præfationem finiam, ut uno aut altero verbo, de locis hi ulcis tibi quid dicam, necessum est. Plurima loca impressionis & formæ sunt relicta vacua, in causa est, quod non æqualem ubique cognitionem omnium expiscari potuerim, quapropter si tibi occurrerint, notare poteris, & hosce nostros defectus, ex parte supplere, ut si forte altera editio hujus opusculi prodie-

dierit, mihi iis inserviam. Tu vero benevole Lector, interim nostris laboribus utere, fruere, & promptam cum Labbeo bene merendi, de universo literarum genere voluntatem, pio favore prosequere, nostramque Bibliographiam Eruditorum Critico-curiosam novissimam, quam ex Actis Eruditorum in formam Manuductionis adornavimus, propediem expecta, & mecum summo Mœcenati meo Serenissimo ac Celsissimo Principi ac Domino Dn. FRIDERICO Electoratus Brandenburgici Hæredi, omnia fausta precare.

DIS-

DISCURSUS PRÆLIMINARIS.

A Jove principium Jovis eſt quodcunque movetur Ethnicorum erat dicterium, ſi quid proſpere ſibi obvenire ſperabant. Quanto magis me Chriſtianum decet, qui Artis Typographicæ, prima incunabula, in ſcenam producere geſtio, non à Jove quodam Ethnico, ſed ab ipſo Deo Ter. Opt. Max. qui ſe in verbo ſuo patefecit, quodque nos qui in Chriſtum credimus, Biblia Sacra Veteris & Novi Teſtamenti appellamus, initium ſumere. En ergo Syllabum editionum S. Bibliorum, quotquot typis, à præfixo tempore, prodierunt, quæque ad notitiam meam pervenerunt.

Biblia Sacra Hebraica fol. & 4. edita .... 1494. correctiſſime.

Biblia Latina prima typis exſcripta *Mogunt.* 1450.

Biblia. *Moguntiæ* ex Officina Fauſti & Schefferi 1459. teſte D. Henrico Salmurho in Notis ad Pancirolum de recens inventis, Tit. de Typographia; quamvis D. Joannes Saubertus, viſis octo exemplaribus, teſtetur, ea iis notis caruiſſe.

Biblia Latina S. Hieronymi. *Mogunt.* 1462. in f. 2. voll. Ad quorum finem hæc leguntur.

tur. *Præsens hoc Opuscrlum artificiosa adinventione imprimendi seu caracterisandi absque Calami exaratione in Civitate Moguntii sic effigiatum. Et ad eusebiam Dei industria per Johannem Fust & Petrum Schoiffher de Gernsheim Clericum Diœcesis ejusdem est consummatum Anno Domini M. CCCCLXII. In vigilia Assumptionis Virginis Mariæ in f.* 2 *vol.* Exemplar horum Bibliorum, apud Dominos Hæredes Amplissimi ac Spectatissimi D. Lusfridi ab Ohsterwick, Consulis quondam patriæ meæ Embricensis Dignissimi, in singulare ornamentum Bibliothecæ quondam refertissimæ, asservatur.

Biblia Latina ex versione vulgata. *Reutl.* 1469.

Biblia Latina vulgatæ versionis. *Norib.* 1475. in f. & cum Canonibus Evangelistarumque concordantiis. *ibid.* 1477. *alii* 1478 in f. majori 2 voll.

Biblia Latina Hieronymi & vulgatæ versionis Variarum editionum sc. *Augustæ Vind.* 1466. *Venet.* 1476. 2 voll. *Norib.* 1479. & 1484. *Basileæ* 1485. in 8. 1487. 1491. 1495. in 8.

Biblia cum explicatione Mystica seu morali Lyræ. *Romæ* 1472. 5 voll. & *Colon.* 1478 1480. 7 voll. in fol. Cum Tabulâ Petri Mollenbechii in eosdem Tomos tandem prodierunt *Basileæ* 1498.

Biblia Belgica. *Delphis* 1477. in f. *Goudæ* 1479. in f. cum fig.

Biblia Germanica cum figuris ligno incisis. *Norib.* 1483.

Biblia Germanica cujus interpres vulgatam versionem secutus est. *Augustæ Vind.* 1494. pro quo alii scripsere 1449. sed meo judicio male.

Sic se habet notitia editionum SS. Bibliorum, pro ut hactenus tamexpiscari potui, quamobrem pedem sisto utque mecum reliquorum incunabula persecuteris, obsecro.



I N-

PRIMA ARTIS TYPOGRAPHICÆ INCUNABULA.

ſive

Catalogus Librorum Operumque proximis ab inventione Typographiæ annis, uſque ad Annum Chriſti M.D.I. in quavis lingua editorum.

Lit. A.



Etrus de ABANO ſeu de APONO & APONENSIS, *Vulgo Conciliator dictus. Claruit A. C.* 1320.

Conciliator differentiarum 209 Philoſophorum, & præcipuè Medicorum: Cum Catalogo differentiarum in calce operis. *Venetiis* 1483. in fol. *Patavii* 1490. in fol. Et cum Tractatu Ejuſdem de Venenis. *Venetiis* 1496. in f. Qui poſtremus Tractatus ante ſeparatim prodierat, *Mantuæ* 1473. in 4.

Expoſitio in librum Problematum Ariſtotelis. *Patavii & Venetiis* 1482.

Hippocratis de Medicorum Aſtrologia libellum,

ex Græco in Latinum transtulit. *Venetiis* 1485. in 4.

R. ISAAC ABARBANEL, seu ut alii ABRAVANEL *Celebris Judæus, & magna existimationis. Obiit A. N.* 5269,

Commentarius in Prophetas priores videlicet Josuæ, Judices, Samuelis I. & II. Regum I & II. Hebraicè. *Thessalonica* 1493, in fol.

ABBAS *Panormitanus cujus verum nomen Nicolaus de Tudeschis. Vide* TUDESCHIS.

R. *Abraham* ABENESRA *Hispanus, Theologus, Astronomus & Philosophus insignis. Claruit A. C.* 1145,

De Luminaribus & Diebus criticis Liber. *Lugduni* 1496. in 4.

Haly filius ABENRAGEL, *vide* HALY.

ABHOMERON *Abinzohar ut alii Avenzoar, Arabs Medicus & Scriptor, Claruit c. A. C.* 1130. *seu ut alii* 1160.

Rectificatio Medicationis & Regiminis. Latinè. *Venetiis* 1490. in fol.

Donatus ACCIAJOLUS *Florentinus, Vir Græcè ex Latinè doctissimus. Obiit A. C.* 1473.

Leonardi Aretini Historiam Florentinam, ex Italico Latinè transtulit. *Venetiis* 1476. in fol.

Franciscus de ACCOLTIS, *Aretinus, quam à patria sæpe Fr. Aretinus dicitur Jetus & Philologus. Claruit A. C.* 1443.

Diogenis Cynici Epistolas Latinas fecit, excusæ sunt Florentiæ 1487.

Libellum Authoris in certi de Thermis Puteolorum & vicinis in Italia, à se repertum & publicatum Pio Pont. Max. dedicavit. Liber est excusus. *Neapoli* 1475.

Commentarius super Tit. de Verborum significatione .... 1493. in fol.

Bonus ACCURSIUS Pisanus Animadversiones in C. Julii Cæsaris Commentaria. *Ferrariæ* 1474. in 4.

Fran-

Franciscus ACCURSIUS, *Accursii Filius*, *Ictus*, *A. C.* 1256. *Claruit.*

Casus longi, super V. libros Decretalium, & Casus summarii sexti Decretalium. *Basileæ* 1479. *Argent* 1484.

Casus breves, super Sexto Decretalium & Clementinas. *Argent.* 1485.

ACRON *Helenius*, *Vetus Grammaticus.*

Commentarius in Horatium. Extat cum variorum Commentarius in eundem. *Venet.* 1494.

ÆGIDIUS, *Monachus Benedictinus*, *Natione Græcus.*

De Urinarum Judiciis Lib. 1. De Pulsibus Lib. 1. cum expositione & commento Magistri Gentilis de Fulgineo. *Venetiis* 1534. in 8.

ÆGIDIUS *de Roma*, *seu Romanus*, *alias Ægidius Columna Romanus*, *Archiepisc. Bituricensis*, *ex Ord. Eremit. S. Augustini. Obiit A. C.* 1316.

De Regimine Principum Libri 3. quibus omnem moralem Philosophiam amplexus est . . . . . 1473. *Romæ* 1482. *Venetiis* 1489.

Theoremata de Hostia Consacrato. *Coloniæ* 1490. in 4.

De Peccato originali. *Oxoniæ* 1479. in 4.

Commentarius super Aristotelis Libros de Animâ. *Venetiis* 1496. in fol.

Commentarius super ejusdem posteriora Analytica. *Venetiis* 1488. in fol.

Commentarius super Ejusdem libros Elenchorum. *Venetiis* 1500.

Commentarius super Ejusdem libros Physicorum & Quæst. de Medio. *Venetiis* 1496. & *ibid.* 1499.

De Esse & Essentia Theoremata 22. . . 1493.

Opera VIII. Tomis. *Venetiis* 1490.

Guilielmus ÆGIDIUS Belga, Selandus.

Liber super Cœlestium Motuum indagatione, sine calculo . . . . 1494.

Claudius ÆLIANUS *Historicus*, *sub Adriano Augusto claruit.*

Epiſtolæ Græcè. Extant in volumine Epiſtolarum Græcarum quas edidit Aldus *Venetiis* 1499.

De inſtruendis Aciebus. *Venetiis* 1496. in fol.

Quintius ÆMILIANUS *Cimbriacus, Poeta.*

Carmen elegantiſſimum, in Petri Hodi Anteroτica ad Cupidinem. Extat cum ipſo opere. *Tarviſii* 1492.

ÆNEAS *Sophyſta.*

Epiſtolæ Græcè. Extant cum variorum Epiſtolis per Aldum Manutium editis. *Venetiis* 1499.

ÆNEAS *Sylvius, Piccolomineus, Senenſis, poſtea Pius II. Papa dictus,*

De duobus amantibus Eurialo & Lucretia, Opuſculum. *Lovanii* 1479. in 4.

Hiſtoria Bohemica à principio gentis uſque ad Georgium Ladiſlai Succeſſorem. Ad Alfonſum Regem Arragonum. *Romæ* 1475. in fol.

Familiarium Epiſtolarum Opus cum Oratione Mantuana & deſcriptione Viennenſi. *Romæ* 1475. in fol. *Noribergæ* 1481. & 1486, in 4.

Epiſtolæ & Orationes. *Lovanii* 1483.

Abbreviatio ſuper Decades Fl. Blondi, ab inclinatione imperii, uſque ad tempora Johannis Papæ XXIII. *Venetiis* 1484. in fol.

De Educatione Liberorum. *Noribergæ* 1481.

ÆSCHINES *Rhetor.* Orationes, editæ per Leonardum Aretinum. *Venetiis* 1485.

Epiſtolæ Græcæ. Extant in volumine Epiſtolarum Græcarum quas Aldus edidit. *Venetiis* 1499.

ÆSOPUS *Phryx Circa Olympiadem LII. floruit.*

Tabulæ, Latino carmine, cum commento, *Daventriæ* 1490.

Vita & Tabulæ, per Rimitium in Latinum verſæ. *Mediolani* 1480. in 4.

Ejus Tabulæ per Laur. Vallum Latinè verſæ. Extant quoque (niſi fallor) cum Bartholomæi Coronienſis Epiſtolâ Mytholica, quæ ut & Heſiodi Georgica Latinè prodierunt *Zwollis* 1499. in fol.

A E-

AETIUS *Patria Amidenus, Medicus non in celebris. Vixit Juliani & Valentiniani Impp. temporibus.*

Contractæ ex veteribus Medicinæ Tetrabiblos, hoc eſt, Quaternio, id eſt, Libri univerſales quatuor: ſingulæ quatuor ſermones complectentes, ut ſint in ſumma quatuor ſermonum quaterniones, id eſt ſermones XV. Accedunt Aurelii Cornelii Celſi, de Remedica, Libri octo. *Venet.* 1493. & 1497. in fol.

Rudo Phus AGRICOLA *Friſius, Latinè, Græcè & Hebraicè callentiſſimus. Obiit A. C.* 1415.

Lucubrationes ejus quædam, excuſæ ſunt *Coloniæ* 1471. in 4.

ALANUS *De Inſulis vel Inſulanus, qui Doctoris Univerſalis titulum meruit. Obiit A. C.* 1294.

Doctrinale altum Parabolarum *Daventriæ* 1492. in 4. & ibid. ut & *Lipſiæ* 1499. in fol. Gallicè vero redditum. *Pariſiis* 1492. in fol.

ALBERTANUS, *Cauſidicus Brixienſis Claruit* A. C. 1240.

Liber de Doctrinâ dicendi & tacendi, ad inſtitutionem filiorum ſuorum ſcriptus. *Lovanii & Antverpiæ* 1485. in 4. *Daventriæ* 1490. in 4. *Lipſiæ.* 1491.

Salomon ALBERTESCHIUS *ICtus.*

Commentarius in Pandectas . . . . 1472. in fol.

ALBERTUS, *Lavingenſis Suevus, cognomine Magnus Epiſcopus Ratisbonenſis. Obiit A. C.* 1480.

Summa de Creaturis, diviſa in duas partes, quarum, prima eſt de Coævis, ſecunda eſt de Homine. *Venetiis* 1498.

Liber Aggregationum, ſive ſecretorum de virtutibus Herbarum, Lapidum & Animalium *Neapoli* 1493. in 4.

De Animalibus libri XXVI. *Mantuæ* 2479. in fol. *Venetiis* 1495.

De Naturâ & Immortalitate Animæ, cum com-

mento *Noribergæ* 1493. in 4.

Physica. *Venetus* 1496.

Mataphysicorum libri 13. *Venet.* 1494. in fol.

De adhærendo soli Deo, libellus . . . 1500.

In Evangelium, Missus est Angelus Gabriel. *Mediolani* 1489.

Paradisus Animæ, sive, de virtutibus libellus. *Coloniæ & Daventriæ* 1498. in 4.

Philosophia Pauperum, sive, Isagoge in libros Aristotelis de Physico Auditu, de Cœlo, de Mundo, de generatione & corruptione, de Meteoris, & de Anima. *Venetiis* 1496.

In Physicam generalem & specialem Aristotelis. *Venet.* 1494.

Corona B. Virginis & de ejus laudibus, lib. XII. *Argent* 1493. in fol.

Compendium Theologicæ veritatis. *Venetiis* 1485.

Legenda Alberti M. *Coloniæ* 1490.

Logicalia, seu Interpretatio Universi Organi Aristotelis. *Venetiis* 1494. in fol.

Baptista de ALBERTIS *Florentinus, Poeta Laureatus Forsan idem cum Leone Baptista Alberto de quo mox.*

Opus præclarum in Amoris remedio . . . . 1471. in 4.

Leo Baptista ALBERTUS *seu ut alii de* ALBERTIS *Florentinus Architectus. A.* 1481. *claruit.*

De Architecturâ, seu de Re Ædificatoriâ, libri X. *Florentiæ* 1485. in fol.

ALBICIUS *Archiepisc, Pragensis.*

Praxis Medendi; Regimen Sanitatis; Regimen Pestilentiæ. *Lipsiæ* 1484. in 4.

R. Joseph ALBO *Philosophus, Vixit A. M.* 6185. *vel C.* 1425.

Arbor Plantata, Hebraicè: est Liber fundamentorum Judaicæ Religionis, contra Christiano *Armini* 1486. in 4.

AL-

ALBUCASA *Arabs*, *insignis Chirurgus*, *Claruit A.C.* 1085.

Chirurgia, ſeu de Methodo medendi per Chirurgiam, libri 3. Latinè, cum figuris inſtrumentorum. Extat cum variorεm ſcriptis de Chirurgia. *Venetiis* 1500. in fol.

Alguazir ALBULEIZOR, *Vixit A. C.* 1163.

De Curatione Lapidis. Extat interſpurios Galeni libros & cum parvis Rhaſis Operibus. *Venet.* 1497. in fol.

ALBUMASAR, *ſeu ut alii*, APOMASAR, *Arabs*, *Aſtrologus*, *floruit A. C.* 844.

Flores Aſtrologiæ, ſc. Tractatus de magnis conjunctionibus, Annorum re volutionibus, ac eorum perfectionibus. Cum figuris Zodiaci & Planetarum. *Auguſtæ Vindel.* 1488. in 4.

Introductorium in Aſtronomium Albumaſaris. Accedunt Ejusdem Flores, per Erhardum Radholt explicari. *Ibid.* 1489. & 1495. in 4.

ALCANOMOSALUS *ſeu* CANAMUSALUS *De Baldach*, *Armenus.*

De Paſſionibus Oculorum Libri ſex. Extant cum Chirurgiâ Guidonis aliorumque. *Venet.* 1499. in fol.

Abdilazi ALCHABITIUS, *ſeu ut alii* ALCABITIUS.

Iſagoge ad Aſtrologiam) *vel laxioritititulo*) Iſagoge ad Magiſterium Judiciorum Aſtrorum, vel ad ſcrutanda ſtellarum Magiſteria, & de Planetarum conjunctionibus Liber. Joannes Hiſpalenſis interpretatus eſt, cum expoſitione Joannis de Saxoniâ. *Venetiis* 1485. in 4. *& ibid.* 1491.

ALCINOUS *Platonicus Philoſophus initio ſeculi II. ante N. C. floruit.*

Epitome in diſciplinam Platonis . . . 1472.

De Doctrinâ Platonis, Latinè per M. Ficinum. *Venetiis* 1497. *& ſub titulo.* Alcinous & Speuſippus de Platonis definitionihus. Extat cum Jam-

blichii & aliorum ſcriptis Philoſophicis, quæ eo interpretè *ibidem eodem anno prodierunt.*

ALCIPHRON, *alius à Philoſopho ejus nominis.*

Epiſtolæ piſcatoriæ, ruſticæ, amatoriæ, Græcè. Extant cum aliorum Epiſtolis Græcis, ab Aldo Manutio editis. *Venet.* 1499.

Joannes ALCOCK *Epiſcopus Elienſis.*

Gallicantus ad Curatos & Sacerdotes in Synodo apud Bornwell.... 1498. in 4.

A. de ALEMANNIA.

Bartholomæi Rembertini librum de ſenſibilibns Paradiſi ex Joh. de Tambaco correctum edidit. *Venetiis* 1498. in 8.

Alexander ab ALES *ſeu* HALES, *Anglus. Vulgo Doctorem irreſtragabilem appellant. Obiit A. C.* 1245.

Commentarius in tres libros de Animâ. *Oxonii* 1411.

Summa Quæſtionum Theologiœ, conſtans quatuor partibus. 1. de his quæ pertinent ad ſpeculationem Dei. 2. de his quæ pertinent ad conſiderationem creaturæ. 3. de his quæ pertinent ad fidem Salvatoris. 4. quæ pertinent ad reparationem per gratiam. *Noribergæ* 1482. in fol.

Commentarius in Pſalmos Davidis. *Venetiis* 1496. in fol. Nota. *Hic Commentarius à quibusdam Hugoni de S.Theodorico Cardinali exOrd.Præd. adſcribitur, utrum rectè?*

Alexander APHRODISÆUS, *ſeu* APHRODISIENSIS. *Philoſophus egregiuſque Ariſtotelis Interpres.*

Problemata per G. Vallam tranſlata. *Venetiis* 1488. in fol.

De Cauſis Febrium, eodem Valla interprete. *Ibid.* 1498. in fol.

Præpoſitus alias Cardinalis ALEXANDER, *Præpoſitus S. Ambroſii dictus.*

Super Diſtinctiones & Cauſas Decreti. Item ſuper

per quarto libr. Decretalium. Tomi tres' *Lugduni* 1490. *Romæ & Venetiis* 1494.

Super Tit. de Appellationibus. *Venetiis* 1497.

De Feudis. Extat cum Baldi I. C. de usu Feudorum lib. 1. *Venetiis* 1498. in fol.

ALEXANDER *Dolensis, seu ut alii, de Villâ Dei, Grammaticus. Floruit A. C.* 1240.

Doctrinale Grammatices, metricè (*sed carmine leonino*) cum explicatione Lud. de Guaschis. *Prodiit litteris Gothicis Venetiis* 1483.

Idem Doctrinale, cum Petri, Hispani Tractatibus excusum est *Moguntiæ* 1462. & *sub titulo* Grammaticæ Latinæ ..... 1486. in fol. *& ni fallor Noribergæ* 1492.

ALEXANDER *cognomine Magnus, primus Græcorum Monarcha.*

Epistola ad Aristotelem de situ & mirabilibus Indiæ, Græcè. Extat intervariorum Epistolas Græcos, quas Aldus Manutius edidit *Venetiis* 1499.

ALEXANDER *Saleucienſis Sophiſta.*

Epistolæ Græeè. Extant in supra dicto volumine Epistolarum Græcarum.

Johannes ALEXANDRINUS *Medicus & Sophista.*

Commentarii super Epidemiorum Hippocratis libr. Extant cum Johannitio Articella. *Venetiis* 1483. seu ut alii, 1488. in fol.

Alexander ab ALEXANDRO *Neapolitanus Ictus A.* 1490. *Floruit'*

Opera. *Norib.* 1484. & cum Commento. *Basileæ* 186.

ALFRAGANUS *Arabs, Astrologus. Vixit A. C.* 883.

Introductio Astronomica, continens omnia Rudimenta Astronomica. *Verrona* 1493.

Dantes ALIGERIUS, *vide* DANTES.

ALIPIUS *Afer Tagastensis Ord. Eremit. S. August. Cl. A. C.* 400.

Officium sui ordinis. *Venet.* 1500.

Petrus ab ALLIACO, *Cardinalis & Episc. Cameracensis. Obiit A. C.* 1425.

De Concordantiâ Astronomiæ cum Theologia. *Augustæ Vind.* 1490. in 3.

Quæstiones in IV. Libros Sententiarum, cum aliis ejusdem Opusculis. *Argent.* 1490. in fol.

Sermones & Tractatus Theologici. Extant cum Joan. de Turrecremata Quodlibeticis. *Argent.* 1490. in fol.

Liber Sacramentalis. *Lovanii* 1487.

Expositio super Cantica Canticorum. *Argent.* 490.

Commentum Sphæræ Mundi. Extat cum Petri Cirvelli Commentario in Sphæram Mundi Joannis de Sacrobosco. *Parisiis* 1498. in fol.

Tertia Pars Summæ. *Norib.* 1382.

Tractatus de Animâ. *Parisiis.* 1494. in 8.

ALMANSOR *Astrologus.*

Astrologicæ Propositiones 150. Saracenorum Regi inscriptæ, & dedicatæ, Latinè (*vel ut ipse se haberet Tit.*)

Judicia seu Propositiones sive Capitula stellarum 150. oblata Regi Magno Saracenorum. Ea transtulit.

Plato Tyburtinus ex Arabico Sermone in Latinum. Extant impressa cum quadripartito Ptolomæi. *Venetiis* 1493. in fol.

Abunasra ALPHARABIUS *Philosophus & Medicus. Obiit A. C.* 1010.

Super libros Rhetorices Aristotelis, Latinè. *Venetiis* 1411.

ALPHONSUS *Archiepisc. Toletanus.*

Quæstiones in Aristotelis libros de Animâ. *Florentiæ* 1477.

ALPHONSUS *Rex Castellæ ex Legionis. Cl. A. C.* 1270.

Tabulæ Astronomicæ quæ ab ipso Authore Alphonsinæ sunt dictæ (*seu ut alii hoc titulo referunt*)

Ta-

Tabulæ Motuum Cœleſtium, & in eas Tabulas Johannis Saxonienſis Canones. *Auguſtæ* 1488. in 4. *Venetiis* 1492. *& abſque loco editionis* 1483. & 1490. in 4.

Petrus de ALVERNIA *qui &* AVERNUS *dicitur, Ord. Præd. Diſcipulus Thomæ Aquinatis. Claruit A. D.* 1280.

Additiones in Commentarios Thomæ Aquinatis ſuper libris Ariſtotelis de Cœlo, qui morte præventus eos non abſolverat. Adjecit autem ſuper partem tertii, & ſuper quartum integrum, Commentarios ſuos, hic Petrus Arvernus. *Venetiis* 1495.

Johannes Baptiſta ALOVISIANUS *ſive de* ALOVIXIIS *Ravennas, Ord. Eremit. S. Auguſtini Claruit A. C.* 1490. edidit Commentarium Pauli Veneti in libros de Generatione & Corruptione. *Venet.* 1498. *Item edidit* Commentarium Alberti Saxonis in poſteriora Ariſtotelis libr. 2. *Mediolani* 1497.

AMASIS *Rex Ægypti.*

Epiſtola ad Policratem Græcè. Extat cum variorum Epiſtolis Græcis quas edidit Aldus, *Venetiis* 1499.

Divus AMBROSIUS *Epiſcopus Mediolanenſis. Obiit A. C.* 498.

Opera ejus tribus Tomis ſeu partibus excuſa ſunt *Baſileæ* 1492. in fol.

Epiſtolæ . . , 1480. in fol.

De Generatione Johannis *Auguſtæ Vind.* 1476.

Sermones de Floribus Sapientiæ. *Venet.* 1488.

AMMONIUS *Hermeas ſeu Hermiæ filius, circa A. C.* 500. *Floruit.*

De ſimilitudine ac differentiâ quarundum dictionum Græcè. *Venetiis* 1497. in fol.

Commentarius in Porphyrii Iſagogen, Græcè. *Ibid.* 1500. (*qui etiam hoc Titulo legitur*) In Porphyrii librum de quinque vocibus, Excepta ex ore Ammonii Hermiæ.

Jacobus AMSDORFIUS.

Commentarii in Libros Perigeneos Ariſtotelis. Item in librum Meteororum ejuſdem. *Coloniæ* 1497.

Everhardus de AMSFORDIA *ſeu ut alii de* AMERSFORDIA.

Commentarius in Ariſtotelem de Mundo & Cœlo. *Coloniæ* 1497. in fol.

ANACHARSIS *Scytha. Claruit tempore Cræſi & Solonis.*

Epiſtolæ novem Græcè. Extant inter Epiſtolas variorum Græcas, quas excudit Aldus. *Venetiis* 1499.

Johannes de ANANIA *Bononienſis ICtus. A. C.* 1458. *Obiit.*

Commentarius ſuper V. liber. Decretalium. *Bononiæ & Mediolani* 1497.

Commentarius ſuper VI. Decretalium. *Mediolani* 1492.

ANDALO *Genuenſis excellens Mathematicus.*

Ejus Opus Aſtrolabii *excuſum eſt Ferrariæ* 1475.

Antonius ANDREAS, *Ord. Franciſc. Vixit A. C.* 1320.

Quæſtiones ſuper XII. libros Metaphyſicorum. *Pariſiis* 1495.

Scriptum de Arte veteri, & de Diviſionibus Boetii, cum Quæſtionibus ejuſdem. *Venetiis* 1496. in fol.

Johannes ANDREAS *Epiſcopus Alerienſis. Claruit A. C.* 1491.

Epiſtola ad Paulum II. ſummum Pontificem. *Romæ* 1470.

Ovidii Metamorphoſis, ex ejus recognitione prodiit. *Romæ* 1471. in fol.

Lucanum de Bello Civili Cæſaris & Pompeii recognovit & edidit *Romæ* 1469. in fol.

D. Hieronymi Stridonenſis Presbyteri Epiſtolæ, ipſo recenſente excuſæ ſunt *Venetiis* 1470. in fol.

C. Plinii ſecundi Hiſtoriæ Naturalis Libros 37. re-

recensuit, prodierunt *Venetiis* 1471. in fol.

Johannes ANDREAS *Argentinensis, qui ob patriam sæpe Johannes de* ARGENTINA *dicitur.*

Clementis Papæ V. Constitutiones, vulgo ab ipso dictæ Clementinæ, cum Apparatu edidit. *Moguntiæ & Argent.* 1471. *Mogunt.* 1476. *Basileæ* 1478. Nota. *Sunt qui hunc Apparatum super Novileas Clementis adscribunt Joanni Andreæ I. C. Bononiensi de quo mox.*

Johannes ANDREAS *seu* ANDREÆ *Bononiensis Ictus Vixit A. C.* 1488.

Summa super IV. libr. Decretalium *Parisiis* 1289. Summa super V. libr. Decretalium. *Venetiis* 1489. in fol. 2 voll. Super VI. Decretalium Lib. I. *Basileæ* 1486. in fol.

Lectura super Arborem Consanguinitatis & Affinitatis *Norib.* 1477. *Lipsiæ* 1498. in fol.

Hieronymianus, seu de laudibus S. Hieronymi lib. IV. . . . 1482. in fol.

Quæstiones Mercuriales super Regulas juris. *Papiæ* 483. & 1495.

Aureæ Novellæ Opus super sex Decretalium. *Venet* 1490. *seu ut alii* 1499. in fol.

Clementinæ seu super Novellas Clementis Papæ V. *Argent* 1471. *Romæ* 1476.

Nicolaus ANDREÆ *Ord. Eremit. S. Augusta.* Ordo Missalis. *Norib.* 1491.

Johannes ANGELUS *gente Bavarus, Mathematicus excellens. Obiit A. C.* 1512.

Opus Astrolabii plani in Tabula. *Augustæ Vindelic.* 1488. in 4.

Astrolabium planum continens qualibet hora atque momento, Æquationes domorum cœlimorram nati in utero matris, cum quodam Tractatu de Nativitatibus. *Venetiis* 1494.

Bartholomæus ANGLICUS *Claruit A. C.* 1360.

De ProprietatibusRerum libri 18.(seu ut alii 19.)

Est opus non Medicum, sed Theologicum Philosophicum. Prodiit primo absque loco impressionis 1480. *Norib. & Coloniæ* 1483. *Norib. & Argentorati* 1492. & Gallicè translati per Joannem Corbichon *Lugduni* 1491. in fol. Belgicè vero *Harlemi* 1485. in fol.

Johannes ANGLICUS *Claruit A. C.* 1320.

Rosa Anglica, Liber Medicus sic dictus, in quo agitur de Morbis particularibus de Chirurgia & Pharmaciâ. *Parisiis* 1492. in 4.

Johannes ANNIUS *Viterbiensis Obiit Romæ. tempore Alexandri* VI. *Pont.*

De futuris Triumphis contra Saracenos. *Gentiæ* 1480.

Myrsilli Lesbii Antiquitates sive de Bello Pelasgico, & origine Italiæ & Tyrrhenorum, cum Commentario edidit. *Romæ* 1499.

ANSELMUS *Archiepisco Cantuariensis. Obiit A. C.* 1109.

Opera & Tractatus. *Norib.* 1491. in fol.

Alexander de ANTILLO.

Repetit. super Cap. Tibi. qui de Rescript. in sexto. *Venet.* 1496.

ANTONINUS *Augustus.*

Itinerarium. *Romæ* 1499. in 4.

ANTONINUS *seu ut alii* ANTONIUS *Archiepisc. Florentinus Obiit A. C.* 1459.

Summæ Theologicæ IV. voll. (*seu ut alii*) summæ partes IV. totidem tomis. Cum Tabulâ super eam. *Norib.* 1478. *alii* 1487. in fol. *Argent* 1496.

Opus Historicum & Chronicum, tribus Tomis vel partibus. *Lugduni & Norib.* 1484. *& recusum hoc Tit* Historiarum sive Chronicorum Opus, Tomis tribus, emendatum & annotationibus illustratum per Joannem de Gradibus. *Basileæ* 1491.

Confessionale (*Diverso modo ab aliis hoc Confessionale inscribitur, quidam Directorium simplicium Con-*

Confessorum, pro quo alii de Eruditione Confessorum Opus, quidam Librum Pœnitentialem appellant) *Memmingæ* 1484. *Argent.* 1492. & 1499. in 4. *& alibi cum & sine loco & anno impressionis.* Italicè redditum prodiit hoc Confessionale *Neapoli* 1478. in 4, *Tractatus ejusdem Interrogatorium dictus, quique Italicè prostat puto eundem cum Confessionale esse, prodiit* . . . 1496.

De Virtutibus. *Norib.* 1472.

APOLLINARIS.

Commentarius in posteriores Analyticorum libros. *Venet.* 1497.

C. Sidonius APOLLINARIS *Arvernorum Episcopus. Obiit A. C.* 484.

Poemata & Epistolæ. *Mediolani* 1493. *seu ut alii* 1498.

APOLLONIUS *Alexandrinus Grammaticus cogn. Dyscolus.*

De Constructione seu Syntaxi verborum libri IV. Græcè. *Venet.* 1495. in fol.

APOLLONIUS *Rhodius, patria Alexandrinus sed Rhodius dictus, quod ibi diu vixisset. Claruit Olymp. CXXXIII.*

Argonauticon libri IV. cum vetustis scholiis Græcis, sic ut integer textus, literis majusculis Græcè exhibentur. *Florentiæ* 1496.

APOLLONIUS *Tyanæus, & celebris Magus & Philosophus, vixit sub Domitiano & deinceps.*

Epistolæ Græcè. Extant in volumine Epistolarum Græcarum Aldino *Venet.* 1499. excuso.

APPIANUS *Alexandrinus Historicus sub Hadriano Imp. floruit.*

De Bellis Civilibus Romanorum Historiarum libri XXIV. Petro Candido interprete. *Romæ* 1472. *Venet.* 1477. & 92. in fol.

Lucius APULEJUS *Madaurensis floruit sub Antoninis Impp. Marco & Philosopho.*

Opera *Romæ* 1469. in fol. *Venet.* 1493. in fol. *Vicentiæ* 1498. in fol.

De Asino aureo, cum Comment. Philippi Beroaldi. *Venet.* 1506. in fol.

Petrus de AQUILA *dictus Scotellus Ord. Minor. Claruit A. C.* 1500.

Commentarii in IV. libros Sententiarum. *Spiræ* 1480. in fol.

D. Thomas AQUINAS *vel de* AQUINO. *Vide* THOMAS.

Guilielmus de AQUISGARNO *vixit A. C.* 1485.

Ejus quidam sermo, ut & Gabrielis de Urach, de Passione, impressi sunt. *Argentinæ* 1490.

ARATOR *Subdiaconus Cardinalis.*

Sacra Poesis. *Mediolani* 1469. in 1.

ARATUS *Solensis, Claruit c. Olymp. CXXVII.*

Phenomenon Fragmenta. Extant cum variorum scriptis Astronomicis. *Venet.* 1488. in fol.

Phœnomena, ex Græco in Latinum conversa, per Germanicum Imperatorem. *Venet.* 1497. (*alii* 1499) in fol.

Santes ARDOYNUS *Pisaurensis Vixit A. C.* 1430. *ut & Ferdinandus de* PONZETTIS.

Horum Opera de Venenis excusa sunt *Venet.* 1492. in fol.

Angelus ARETINUS *Ictus.*

Commentarius super instituta. *Venet.* 1484.

Tractatus de Testamentis. *Ibid.* 1486.

Franciscus ARETINUS.

Commentarius super libr. secundum Decretalium. *Bononiæ* 1481.

Leonardus ARETINUS *fuit Græcè doctus, Obiit A. C.* 1443.

Epistolæ familiares ... 1472.

Historia sui temporis. *Venet.* 1475. ... 1480. in fol.

Phalarydis Tyranni Epistolas ex Græco versæ. *Florentiæ* 1480. in 4. ... 1491. in 4.

Historia Florentina, Italicè ... 1479. in fol. quam ex Italico Latinè transtulit. Donatus Ac-

ciajolus. *Venet.* 1496. in fol.

Demosthenis Orationem in Æschinem interpretatus est . . . 1497.

Æschinis Orationes edidit *Venet.* 1415.

Aristotelis Ethicam transtulit. *Oxonii* 1498.

Prologo sopra il libro Chiamato della guerra Punica de T. Livio . . . 1490. in fol.

Angelus de ARETIO *quem alias Angelum de Gambylonibus de Aretio vocant ICtus.*

Commentar. in primam partem institutionum Justiniani Imp. . . . 1480. in fol.

Guido de ARETIO.

Repertorium . . . 1494. in fol.

Rosellus de ARETIO.

Repetit. super Auth. ingressi C. de S. S. Eccles. *Venet.*

Thomas de ARGENTINA.

Commentar. super IV. libros sententiarum. *Argent.* 1490.

Petrus de ARGELLATA *Bononiensis Medicus, Claruit A. C.* 1391.

De Chirurgiâ libri sex. *Venet.* 1480. 1492. 1497. *& ut alii* 1499. in fol.

Johannes ARGYROPYLUS *Bizantinus Claruit A. C.* 1473.

Aristotelis Opera ex Græco Latinè interpretatus est; quæ ex ipsius & aliorum interpretatione typis prodierunt IV. voll. *Venet.* 1496.

Johannes ARIABENUS.

Commentarius in Horatium *Venet.* 1490. in folio.

ARISTARCHUS *Samius Poeta Tragicus & Mathematicus. Claruit Artaxerxis primi temporibus.*

De magnitudibus & distantiis Solis ac Lunæ, Latinè. Valla interprete *Venet.* 1498. in fol.

Alexander de ARISTOIS *Ord. Minor.*

Minorica elucidativa rationabilis separationis Fratrum Minorum de Observantia, ab aliis Fratri-

tribus ejusdem Ordinis, *Parisiis* 1499. in 8,

ARISTOPHANES *Atheniensis Comicus, Olympiade LXXXV. claruit.*

Comœdiæ IX. Græcè, cum Scholiaste antiquo. *Venet.* 1498. in fol.

ARISTOTELES *Stagirita, Philosophus, Obiit An. Olymp.* 114,

De Generatione & Corruptione, seu, de Ortu & interitu, cum Comment. Pauli Veneti, *Venet.* 1498,

Historia Animalium, sc. de earum Naturâ libri 9, de partibus Animalium libri 4, de Generatione eorundem libri 5, Latinè Interprete Theodoro Gaza, *Venet.* 1498, in fol.

Problemata. Extant cum Alexandri Aphrodisiensis Problematibus, *Venet.* 1493, in fol.

Ethicorum versio Latina per Leon. Aretinum, *Oxonii* 1479, in 8,

Eorundem versio Gallica per Nicolaum Oresnum *Parisiis* 1488, in fol.

Magna Ethica (*seu ut alii*) Ethicorum ad Nicomachum libri 10, Politicorum libri 8, Oeconomicorum libri 2, Magnorum Mortalium libri 2, Moralium ad Eudemium octo. Omnia Latinè reddita, *Venet.* 1491, in fol.

Poetica, Latinè, *Venet.* 1498,

De Cœlo libri IV. Latinè, *Venet.* 1498,

Epistolæ Græcè. Extant cum variarum Epistolis Græcis, quas collegit & edidit Aldus Manutius *Venet.* 1499,

Rhetorica juxta Alfarabiviam, *Venet.* 1481,

De naturali Philosophiâ Latinè *Venet.* 1482,

Organum Græcè cum Porphyrii Isagoge, *Venet.* 1495,

De Physico Auditu *Venet.* 1483, in fol.

De Physico Auditu libri 8, de Cœlo libri 4, de Generatione & Corruptione libri 2, Meteorologicorum libri 4, de Mundo ad Alexandrum lib. 1. Extant cum quibusdam Theophrasti & aliorum scri-

scriptis, editi *Venet.* 1497.

De Sensuum Instrumentis, Latinè, *Venet* 1498,

Politica Gallicè reddita cum glossematibus Nicolai Oresmii, jussu Caroli V. Regis, *Parisiis* 1486,

Politicorum & Oecumenicorum libri Gallicè redditi per eundem Nic. Oresmium *Paris.* 1489. in fol.

Opera, Græcè, per Aldum Manutium, edita *Venet* 1495, & 96,

Opera, Latinè, ex interpretatione Argyrophili & aliorum, IV. voll. *Venet.* 1496,

Georgius de ARRIVABENIS, In summam Angelicam, *Venet.* 1492,

Georgius ARŽET.

De Cometa liber . . . 1472,

Olivarius ARZIGANENSIS *seu ut alii* ARZIGNAVENSIS.

Valerium Maximum interpretatus est addito Commentario, quam edidit subdicus, *Venet.* 1488, 1494, in fol.

ASCONIUS *Pedianus qui est diversus ab Historico ejusdem nominis vixitque Augusti ævo.*

Ejus & Antonii Lusci Vicentini Commentarii in varias N.T. Ciceronis Orationes prodierunt *Venet.* 1477, in fol.

ASTESANUS *ab* AST, *vulgo Casista solet vocari, Claruit A. D.* 1317.

Summa de Casibus (*seu ut alii*) Summa Confessionis & advarios titulos juris, *Venet.* 1478, in fol. 2 voll. *Coloniæ* 1479 Eadem summa accurantibus Bellato & Fratre Gometio Hispano prodiit, *Norimbergæ* 1482,

ATANAGORAS *Græcus.*

P. Virgilii Maronis libros Æneidum, in prosa Italicè transtulit, *Genuæ* 1471, in 4.

S. ATHANASIUS *Alexandrinus Episcopus Claruit A. C.* 370.

Commentaria in Epistolas Pauli, ex Græco in Latinumtraducta à Christophoro Persona, *Romæ*

ma 1477, in fol. & *ibid.* 1496, in fol.

Controversia de Homonsio, contra Arrium Latinè ... 1500,

ATHENAGORAS *Atheniensis, Christianus Philosophus A. C.* 155; *floruit*,

Apologia pro Christianis, *Parisiis* 1498,

De Animarum immortalitate & de Mortuorum Resurrectione G. Valla interprete, *Parisiis & Venetiis* 1498,

Hieronymus AVANTIUS T. Lucretii Cari libros IV. de Natura Rerum restituit & edidit *Venetiis* 1500, in 4,

AVERROES, *seu* AVERRHOUS, *Cordubensis Medicus, Cognomento Commentator Philosophus Clarissimus, Obiit A. C.* 1225,

Comment. in lib. Aristotelis de Meteoris, ex Hebraico in Latinum, per Eliam Cretensem, *Venetiis* 1488,

Collectaneorum de Sanitatis functionibus &c. Libri VII. Latine, V*enet.* 1490,

Comment. in Cantica Avicennæ. Extat cum Abhomeron Abenzoaris libris, V*enetiis* 1496, iidem Commentarii cum Textu interprete Armegando Blasii de Montepessulano prodierunt antea *ibidem* 1484, I. *ut alii* 1488, in fol.

Comment. in Aristotelis Physicam, V*enet.* 1496,

Comment. in Aristotelis Logicam, Physicam & Ethicam, V*enetiis* 1483, in fol.

Comment. in Aristotelis Metaphysicam ., , 1473, in fol,

Comment. in omnia Opera Aristotelis Tom, 2, V*enet*, 1483, in fol,

Opera ferè omnia in Philosophia, ex castigatione Augustini Niphi, V*enet*, 1496,

Colliget. Opus Medicum sic dictum. ex castigatione Hieronymi Suriani, una cum Abhomeron Abynzoar libro theysir & Auditorio, V*enet*, 1496,

D, Aurelius AUGUSTINUS *Episcopus Hipponensis Obiit A, C,* 436,

De

De Civitate Dei libri XXII, *Romæ* 1467,) *seu ut alii* 1468, *ibid*, 1482, *Venetiis* 1470, & 1475, *Moguntiæ* 1473, in fol, *Basileæ* 1479, & 1490, & in Gallicam linguam translati per R, de Præstis, *Abbevillæ* 1486, in fol,

Iidem libri de Civitate Dei, cum Comment, Thoma Valois (*qui ab alios Vallensis seu Guallenses & Anglicus dicitur*) & Nicolai Triveth, excusi sunt *Venet*, 1489, *Friburgi* 1494, in fol,

Homiliæ L, quibus varia Scripturæ loca explicantur, & loci communes tractantur, *Augustæ* 1475, *Basileæ* 1494,

Epistolæ, *Basileæ* 1493,

Soliloquia; Scala Paradisi; de triplicibus Abusionum gradibus, de B, vitâ; de Assumptione B, Virginis Mariæ; de Contemptu Mundi; Confessiones, de Doctrinâ Christiana; de vera Religione, *Venet*, 1484, in 4,

Sermones . . . 2 voll, 1494, in fol,

Sermones de Sanctis, *Basileæ* 1495,

Opuscula varia, *Argent*, 1489, & 1491, in fol,

Soliloquia Animæ . . . 1473, in fol,

Quæstiones, *Lugduni* 1497,

Explicatio Psalmorum Davidis *Basileæ* 1489, in fol,

Prima Quinquagena, *Basileæ* 1497,

Canones S, Augustini *Argent*, 1490,

Regula S, Augustini, cum Comment, Ambrosii Coriolani, *Romæ* 1481, in fol,

AUGUSTINUS *Papiensis* Scrutinium Consiliorum, de Levitici & Clericalis Ordinis, Religionis & monastici Ordinis Institutione *Florent*, 1500,

AVICENNA *seu ut alii* IBN SINNA, *Arabs vel Persa, Princeps Medicorum Claruit A, C,* 1145,

Canon Medicinæ, Latinè per Gerhardum Cremonensem, cum Commet. Jacobi de artibus, *Lugduni* 1498, Translatio quoque ejusdem Canonis prodiit *Venet*, 1483,

Li-

Liber Canonis de Medicinis cordialibus, & Cantica. Ex Arabico sermone in Latinum conversi, *Venet*, 1500, in 4,

Cantica, ex interpretatione Armegandi de S, Blasio, *Venet*, 1488, in fol,

Libri Philosophici, Latinè *Venet*, 1500,

Philosophia prima viz, Metaphysica seu scientia divina, *Venet*, 1495,

Opera Medica Latine *Venet*, 1300,

Rufus Festus AVIENUS *tempore Gratiani & Theodosii Impp, floruit*,

Epigrammata (*seu ut alii*) Carmen de Astris, Astronomicis, *Venet*, 1488, in 4,

Nicolaus de AUSINO *Ord, Minor*,

Supplementum ordine Alphabeti, *Venet*, 1494,

Decius Magnus AUSONIUS *Burdegalensis, Gratiano & Theodosio imperantibus claruit*, Opera *Mediolani* 1490, in fol,

Epigrammata, cum præfatione Georgii Merulæ *Venet*, 1496,

De Ludo septem sapientum *Venet*, 1500. in 4,

Johannes de AURBACH *seu* AURBACHIUS *Altanus ICtus Claruit A, C*, 1494,

Processus juris, *Argent*, 1494, & antea cum Expositione Johannis de Eberhausen, *Lipsiæ* 1489, in 4,

G, AYORA,

Petri Montis de dignoscendis Hominibus libros sex, quos scripsit ad Joannem Hispanorum Regem, Latinitate donavit, *Mediolani* 1492, in fol,

AZO, *Bononiensis ICtus celebris A, C*, 1200, *obiit*

Repetitiones super aliquot C, C, juris Canonici, *Venet*, 1496,

Lit. B.

JOhannes BACCO *seu ut alii de* BACCONE *idem* BACONTHORPIUS *dictus est*, *Anglus*

glus, Ord, Carmelet, vulgo Doctor Resolutus vocatur Obiit A. C, 1346,

Comentarii in libros IV, sententiarum) *pro quo alii*) Quæstiones quod libeticæ, in libros sententiarum, *Parisiis* 1484,

Jodocus BADIUS *à patria Asca, municipium agri Bruxelensis, dictus* ASCENSIUS *vel* ASCANUS, *Obiit A, C,* 1526,

Commentarius in Terentium, *Argent,* 1396,

Ejus & Domitii Calderini Commentarii ad Silvas Moralis ex variis Poetis desumptus, extant (*sub hoc Tit,* Sylvæ morales, ex diversis Poetis collectæ per Ascensium, ex interpretatione ejus illustratæ libri XII. sunt autem ex Virgilio, Odis Horatii, Persio, Juvenale, Ennio, Baptista Mantuano, Sulpitio de Moribus, Moralibus Catonis & Alani Parabolis, secundum locos concinnati, *Lugduni* 1492, in 4,

Guido de BAIPHO *seu ut alii de* BAISO *Archidiaconus Bononiensis Claruit A, C,* 1283,

Commet. in lib, V, Decretalium Gregorii,.,, 1481.

Henricus BALDANUS,

Aphorismi Theologicales, *Argent,* 1497,

BALDUS *de Ubaldis Perusinus Ictus Bartoli discipulus Obiit A, C,* 1400,

Consilia libris V, duobus Tomis *Venet,* 1491, in fol,

super II, Decretalium lib, I... 1476,

Comment, super Cod, lib, I. *seu ut alii* 9... 1481, in fol,

Lecturæ, quarum hic est Syllabus, de Aditione Hæreditatis cum Inventario, De Careribus, De Constituto, De Exceptionibus, De Feudis, De Pactis, De jure Protomiseos, De Quæstionibus, De Tormentis seu Torturâ, De Syndicatu Officialium, De Statutis, De Regulâ statutorum, De Substitionibus, De Tabellionibus, De Testibus, De Lege recentiori... 1477,

De uſu Feudorum lib, 1, item Præpoſitus de Feudis, *Venet*, 1498, in fol,

Repertorium in Innocentii IV, Papæ Apparatum Decretorum, Extat cum ipſo Apparatu, *Argent*, 1478,

Johannes BALBUS *ſeu de* BALBIS *quem alii Baldum nominant Genuenſis unde non raro Januenſis & Johannes de Janua vocatur, Ord, Præd,* Vixit *A, C,* 1280,

Opus quod Catholicon vocati voluit (*Eſt inſtar Lexici*) *Venet*, 1483, *Auguſtæ Vind*, 1496,

Vincentius BANDELLUS *ſeu de* BANDELLIS *de Caſtro novo, Lombardus, Ord, Præd, Obiit A, C,* 1506,

De ſingulari puritate Conceptiones Chriſti, & de conceptione Mariæ in peccatis, (*vel hoc titulo*) de Conceptione Beatiſſimæ Virginis, tria volumina, ſucceſſive concinnata, ex Sanctorum Patrum & Theologicorum Scholaſticorum auctoritatibus, quibus ſententia D, Thomæ de Conceptione B, Virginis comprobatur, *Bononiæ* 1481,

Johannes BAPTISTA *Artium & Medicinæ Doctor,*

Confutatio Hebraicæ ſeu Judaicæ Sectæ, *Argent*, 1500,

Hermolaus BARBARUS *Patricius Venetus, Archiep, & Patriarcha Aquilegicuſis demum S, R, Eccleſiæ Cardinalis Obiit A, C,* 1493,

Oratio gratulatoria nomine Reip, Venetæ ad Fridericum Imp, & ad Maximilianum I, electum Regem Romanorum, *Brugis* 1486, in 4,

Caſtigationes in C, Plinii Naturalis Hiſtorias *Romæ* 1473, (*ut alii*) 1493, *Cremona* 1483, (*ſeu ut alii*) 1485, *Venetiis* 1497. (*ſeu ut alii*) 1499.

Andreas BARBATIAS *Sieulus Meſſanenſis ICtus elariſſimus, qui à quibuſdam Legum Monarcha & utriuſque juris Illuminator dicitur Claruit A, C,* 1448,

Comment. ſuper Tit, Decretal, de Officiis Delegatorum *Venet*, 1474,

Re-

Repetit. cap. Reinaldus extra. de Testamentis. *Papiæ* 1496.

Nicolaus BARIANUS *Italus Placentius Ord. Erem. S. Augustini Claruit A. D.* 1494.

Causa vitaliana de Præcedentiâ Eremitarum & Minorum. *Cremonæ* 1500.

BARTHOLOMÆUS *Coloniensis Claruit A.* 1494.

Epistola Mythologica. Extat (*nisi fallor*) cum Æsopi Fabulis & Hesiodis Georgicis Latinè redditis. *Zwollæ* 1499. in fol.

BARTOLUS *de Saxo ferrato Ictus à quibusdam juris lucerna & cœcorum Dux cohonestatur. Obiit A. C.* 1356.

Tractatus de Tabellonibus *Venetiis* 1491.

Lectura super Codicem. *Venet,* 1475. *Neapoli* 1491. in fol.

Lecturæ. *Venet.* 1477.

Lecturæ super I. parte Codicis *Venet.* 1480.

Super prima Digesti veteris . . . 1476.

Super ff. nov. *Venetiis* 1476.

Bartoli & Oldradi Consilia prodierunt *Romæ* 1478.

Christophorus de BARZIZIIS *seu ut alii* BARZIZIUS *Medicus Patavinus A. C.* 1500. *claruit.*

Introductorium cum Practica Commentariorum ad Nonum Rhasis *Papiæ* 1484. in fol. & emendantibus Joan. Ant. Bassino & Petro Butzio. *ibid.* 1494. in fol.

BASILIUS *Cæsariensis in Cappodocia Archiepisc. cognominè Magnus. Obiit A. C.* 378.

Epistolæ Græcè. Extant cum variorum Epistolis Græcis quas excudit Aldus. *Vent.* 1499.

Vita & Regula Monachorum Latinè per Ruffinum Presbyterum. *Venet.* 1500.

Johannes BASSINUS *Medicus.*

Cum Petro Butzio Christophori de Barziziis Introductorium cum practica Commentariorum ad Nonum Razis emendavit. *Papiæ* 1494. in fol.

Baverius de BAVERIIS *Medicus A.C.* 1428. *floruit.*

Consilia Medica. *Bononiæ* 1489. in fol.

Lupoldus seu ut alii Leopoldus de BEBENBERG *alii de* BABENBERG *Episc. Bambergensis Claruit A. C.* 1225.

Liber de Zelo veterum Germanorum Principum ac Regum Galliæ, in promovenda Religione, ad Rudolphum Ducem Saxoniæ. *Basileæ* 1497. in fol.

Antonius BECHARIA *Veronensis.*

Dionysii Afri Poema, de Situ Orbis, Latinè reddidit, oratione prosa. *Venet.* 1478.

BEDA *Presbyter vulgo dictus Venerabilis, Anglo-Saxo Obiit A. C.* 734.

Repertorium. *Norib.* 1490,

Opera. *Parisiis* 1499.

Johannes BEETZIUS *Brabantus Ord. Carmelit. Obiit A. C.* 1470.

Expositio Decalogi (*seu ut alii*) super decem Præcepta Dei. *Lovanii* 1486. in 4.

Ægidius de BELLAMERA *Ictus A. C.* 1392. *obiit.*

Decisiones Canonicæ ad Practicam Johannis de Ferrariis . . . 1496. in fol.

Lucius BELLANTIUS *Senensis Physicus.*

Liber de Astrologiâ contra Joan. Picum Mirandulanum (*seu ut alii*) Liber de Astrologica veritate; & in Disputationes Joan. Pici adversus Astrologos responsiones. *Florentiæ* 1498.

BELLATUS *& Fr. Gometius Hispanus.*

Astesani ac Ast Summa Casuum Conscientiæ ipsis accurantibus prodiit *Norib.* 1482.

Bartholomæus BELLENCINUS *seu ut alii de* BELLENTZINIS *Mutinensis Ictus.*

Apostillæ super Lectur. Abbatis & Ant. de Butrio. *Venet.* 1477.

Vincentius BELLOVACENSIS *vide* VINCENTIUS.

Jrbanus BELLUNENSIS *Ord. Francis.*
Institutionum Grammaticarum in linguamGræcam, libri duo. *Venet.* 1497. in 4,
Bonifacius BEMBUS Oratio in laudem Ludovici Principis ... 1494. in 4.
St. BENEDICTUS *Ananiensis Abbas, Claruit A. C.* 820.
